



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

CXI [i. e. CXII]. An Polygamia sit licita Christianis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

nent; ergo erunt solubilia; & non erunt Sacrementum: polygamia licebit: at hæc absurdæ: Ergo.

## Q V A E S T I O C X I I .

*An Polygamia sit licita Christianis?*

V THERANVS Kemnitius par. 2. Exam. pag. 1226.  
L ait nos cum Montanis prohibere polygamiam successuam, id est, successuè plurium: Quod secundas nuptias non benedicamus, cœu prostitutioni & fornicationi: Teste Decreto Gratiani: can: hærat. 31. q. 1.

II. LVTHERVS de Bigamia propos. 6., Nota sunt iura Mosaicæ, qua cogunt plurium esse uxorum virum, quæ non sunt magis abrogata, quam reliqua; sed libera, nec prohibita, nec præcepta. Exemplo Abrahæ, ait in Genesin.

ANABAPTISTÆ sequuntur Lutherum, teste Kemnit. pag. 1229. ubi rectè damnatos ait à Concil. Tridentino.

A V T O R. I. Polygamia successuæ, licita & iusta est; cōtra Montanistas: teste S. Scriptura in meo Antichristo p. 3. q. 44. 2. Concil. Nicenū can. 8 iussit Nouatianos nō recipi in Ecclesiâ, nisi prius communicarint cū secundò nuptis, aut sçpi. Accedit S. Patrū consensus. Secūdis tamen nuptiis nō benedicimus; quòd prior benedictio non expiret. Ita S. Patres. Canonū verò Collector Gratianus vixit ante 1200. annos & apertè contrariū dicit, quām ei Kerm. affingit. Bell. cap. 9.

II. Polygamia cū plurib. simul vnius est à Christo abrogata, ac vetita: patet in Antichristo ex S. Scriptura. 2. Deinde, Iure Euāglico vir & foemina pares sunt quoad fidē & debitum. 1. Cor. 7. *Vxori vir debitum reddat, et uxori viro.* Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. similiter. è contrà. Ita alter se tradere nequit alii sine iniuria comparis: Absurdius tamen est, mulierem plures habere viros.

3. Quia Polygamia pugnat iuri naturæ, & rationi Matrimonii. Huius n. fines sunt quatuor: 1. Prolis suscepitio & educatio: 2. Societas domestica: 3. Remedium concupiscentiæ: 4. Sacramentū

Christi & Ecclesiæ: His inimica Polygamia est. 4. Deniq; nulla gens vñq; inter Christianos reliquit exemplū polygamia: Quod si exēplo Patriarcharum libera sit; cur exēplo cartuit & imitatione? Volunt autē quidam, vñā Patriarchis vxorē fuisse, cæteras concubinas: Alii singulas veras vxores extitisse: quod probabilius est & communius.

## Q V A E S T I O C X I I I .

*An Matrimonium consummatum sit solubile quoad Thorum solū permanente Vinculo?*

V THERVS L.Capt. Babyl. de matrimon. Melanchthon in Locis de Cœsing. Kemnitius p. 2. Exam. &c. ait esse: sed simul quoad & Thorum & Vinculum; non autem quoad thorum solum. Kemnit. etiam reprehendit Ecclesiam, quæ soluit manente vinculo.

S VADENTIStis. I. CALVINVS, BEZA. &c. Kemnitius pag. 68. Definitio: *M. Diuortii, quod sit separatio Matrimoniis quoad thorum, manente Vinculo, noua est ex Paulo male intell. &c.* Præcipio non ego &c. ubi loquitur de iniusto diuortio ex leuis rixis: non de iusto, in causa fornicationis. 2. Idem. Christus. Mat. 5. &c. dimissiōem coniugis, nisi propter fornicationem, pronunciat esse illicitam: Contra Pontificis decernunt, propter fornicationem, multas alias causas, propter quas liceat. 3. Christus ideo prohibet dimissionem, extra fornicationis causam, quod sit per irrum V̄fsonis. ed de hoc i. non sunt solliciti. 4. Pontificis separatio Vinculum multis modis soluit. Nam quid sit Vinculum, scriptura decenter Adhærit, ut vxori. Faciamus ei aut. Mulier non habet potest. Iterum conuenite, ne. &c. Sunt vñacaro. &c. Hac omnia soluant. Ergo separant, quod Deus coniunxit.

A V T O R. I. Matrimonium Infidelium solubile est etiam quoad Vinculum. 1. Cor. 7. Si infidelis discedit; discedat. Vide Antichristum p. 3. q. 45.

II. Matrimonium Consummatum Fidelium est solubile solū quoad thoru; non quoad vinculum. Idque duabus de causis: 1. Ex Consensu mutuo, ob statu altiore adeundē, scil. religionis. 2. Si ne consensu, ob crimen Adulterii, Infidelitatis, & Peccati ineuitabilis. Patet in meo Antichristo Scripturis. Ita Trident. Ses. 24. Can. 8.

Zz 2 No-